

Estate occurrit bonis premia malis supplicia dispē
sans. Nec frustra sunt in deo posite spes preces
qz que cum recte sint: inefficaces esse non possūt.
CQuae cum ita sint: manet itemerata mortalibus arbitrii. et
Hic coeludit ex premissis compassibilitate liberi arbitrii
et p̄scientia diuina dicens. Que cum ita sint ut predictuz
est manet libertas arbitrii intemerata. i. incorrupta. Nec
leges proponut hominibus penas et premia inique. id est
injuste voluntatibus nostris soluti. id est liberatis ab omni
necessitate. manet etiam immobiliter deus prescius cu
ctorum. et presens eternitas sue visionis concurrat cum fu
tura qualitate. s. bonitate et malicia nostrorum actuū dispē
sans. id est distribuens bonis premia et malis supplicia.
nec frustra sunt posite preces et spes in deo. que nō possūt eē
inefficaces cum sint recte. C. Nota ex quo propter liberū
arbitrium possunt res sic et aliter evenire non iuste bōis
premia et malis supplicia proponuntur. nec spes et p̄ces fru
strantur. frustrarent autem omnia hec si omnia vinculo
necessitatis riterent sicut patet ex dictis.

CAmersamini igitur vicia: colite virtutes. ad re
ctas spes aim subleuate. humiles preces in excel
sa porrigit. **M**agna vobis est: si dissimulare
non vultis: necessitas indicta probitatis. cuz ante
oculos agitis indicis cuncta cernētis.

SYMPOSIO

CAmersamini igitur vicia. colite virtutes. ad rectas spes
Hic philosophia subligit exhortationem violem dicens.
Ex quo sic est q̄ non estis coacti necessitate ad faciendum
aliquid. sed manet in vobis libera voluntas. Ideo amersa
mini. id est spernite vicia. ne per ea iuste incurritis penas
colite. id est exercete virtutes. pp̄ quas merita cōsequami
ni. subleuate animū vestrum ad rectas spes que in veraz bea
titudinem tendunt. porrigit in excelsa. s. ad deum humili
les preces. et hoc merito faciat quis si non vultis dissim
ulare auertendo animum vestrum ab his. tunc magna
vobis est indicta necessitas probitatis. id est virtutis. qz il
lud quod agitis non potest latere illum qui est iuder actuū
vestrorum. unde subdit. Cum agatis ante oculos. id est cu
actiones vestre sint in prospectu iudicis cuncta cernentis.
scilicet dei. C. Nota vicia sunt spernenda. qz reddunt ho
minem seruilem. Nam qui facit peccatum seruus est pecca
ti. Et Seneca dicit. Si scirem deos peccata ignoscituros
et hoies ignoraturos: adhuc propter vilitatem peccati pec
care erubescerem. Virtutes autem sunt collende: quia vir
tus est que habentem perficit et opus eius bonum reddit.
Recte spes recte preces sunt deo porrigit. quia his deo
coniungimur et ipsum alloquimur. et si nō dissimulamus
negligendo predicta: magnam virtutis necessitatem nobis
indictam et promissam inde consequemur quoniam omnia
que agimus sunt in prospectu dei cuncta cernentis. Sicut
enim scribitur ad Habreos quarto. Omnia nuda et aper
ta sunt oculis eius. qui est deus benedictus in secula secu
lorum. Amen.

CAntiqui Torquati. Seuerini Boetii viri nominis celebri
tate memorandi: textus de philosophie consolatione
cum editione commentaria beati Tome de aquino ordi
nis predicatorum.

finit feliciter

CIn dīi. Seuerini. Boetii de scolarium. disci
plina cōmentarium feliciter incipit.



Olus hominē necū
fōre dei et mundi. Her
mes ipse p̄bor pater ad
Esculapiū sribes iā lō
ge testatus est: eo q̄ iste
lectū diuinum in se h̄z p
quē aliquā supra mōduz
ita eleuatur ut ēt mundi
mā sequat̄ cōceptiones
eius. Et hoc in optie na
tis potissime videm⁹ bo
minibus. q̄ suis anima
bus agunt ad corporuz
būs mūdi transmuta
tionem: ita ut miracula facere dicant. Et id in ea pte hō
ipse ad dei imaginē factus: q̄ mūdo ipso nectitur. nō mun
do subiic̄t sed preponit ut rector ac gubernator. Et hoc
David ille iustus Psalmoz libro nouerat cu dirit. Adi
mūsti cu paulominus ab engelis. et. Oia subiec̄isti sub pe
dibus eius. Q̄ d equidē et tunc marime fieri liquet cu do
ctrinis disciplinisq̄ in mentis culmen trahitur: ibiqz in
arce constitutus veluti specula corp⁹ hoc mortale. qd ani
mam aggrauat respicit dirigit et gubernat. Quas ob res
non abre estimandū putatur ut hoies plus ceteris arte et
ratiōe degentes naturaliter domini. et rectores aliorū exi
stant. Verū tñ si vel per electionē aut inclinatiōis irrefre
nate affectū hō ipse mundo se inferiorē fecerit iā q̄si hono
re humanitatis exutus ac si standē in aliarū terga feraruz
se transformans proprietatem bestie accipit. Sic per con
cupiscentiam porcus efficitur p̄ iraz canis: per rapinā leo.
perqz alia et alia in aliarum bestiarum transmutatur nām
Et hanc transmutationem Plato ipse secundā animoz
incorporationem dicebat. At q̄ nedum hanc mentis alte
rationē putandū ē. verū qui sic mundo inferiorē se fecerit
necesse est: ut etiam ab expressa membroz specieis repre
sentatione quomodolibz abducatur. Ex quo fit vīi Aristoteles
inquit in ethicis: q̄ laborantes in passionibz vene
reis et crapule maxime secundū corpus alterantur. Et hu
ius signum est animalia multū coētia cito senescere: plu
resqz gula q̄ gladio interiere. Elaborandū ergo totis vi
rlibus totoqz conamine ne ipsis concupiscentiis atqz indi
gnationum affectibus homo ipse imago quidem atqz spe
cimen sui creatoris mentis ab arce detrahatur. vt sic mun
do inferior fiat sed perturbationes illas: quas greci pate
dicunt. concupiscentias. s. atqz inclinationū affectus aut
eradicet et extipet: vel saltes strangat moderet: regat: et q̄si
infrenes equos quibusdam rōnis ipsi lupatis: vt ita dicā
cohercat. vt quod fragili caduceisqz nature negatum extat
magno Ipocratis exēplo studio atqz disciplina consequa
tur. Hui⁹ nēpe discipuli. Sicuti Aris. sit: atqz post eū Al
bert⁹ magn⁹: cu iā ei⁹ sanctissimos mores diuināqz sapien
tiā mirarēt vice quadā. Philemonio phisonomo ypo
cratis ymaginē ad iudicandū hominis mores detulerunt
Quāz cu philemon arte insperisset atqz membrū mēbro
comparasset. vimqz signorum naturalium: que supra
corpus et animā significare claruz est. cautius aduertisit
pronunciauit q̄ vir luxuriosus esset deceptor atqz coitus
amans. Illis vō indignatibus atqz Philemonē inculpa
tib⁹ qm̄ de optio viro. cui vir nā filez efficere posset: tanta
cōuicia p̄nūiaserit: iudicati ypoocrati dūlerūt. ypoocras aut
morum suorū atqz inclinationum cōscius Philemonē
vera protulisse cōfessus est. verti et p̄bie amore atqz hone
statis cōcupiscentias sui cordis se viciisse dirit. et sic qd natu
re negatum fuerat per phisomam accepisse. Quā quidē nū aliud
fore. Aristot. docuit q̄ victoriā atqz concupiscentiū absti
nētiā. Plato autē donū dirit optimū: quo ad bñ btēqz
vivendū nū melius excogitari posset. Tullius vero inuen
tum deorum

De disciplina scholarium

66

sum deoꝝ referebat et item alius omniꝝ disciplinariꝝ parentes atqꝝ vite ducis alumnaꝝ dixit: ad quā haud facile si ne disciplinabilitate: qua homo plus ceteris animatibus prestare debet peruenire contingit. **Mas ob res. Seuerin⁹** Boetius ad martian⁹ rogam⁹ atqꝝ erudiendorū pfectū librū edidit. cuius institutioꝝ veluti quodā duce methodo atqꝝ tramite quilibet in uberrim⁹ pbie campuz a cunabu lis. ut aiunt. prop̄ eius perducat. Ad libri anteꝝ seriē prius q̄ denenciaꝝ auctoꝝ more ea premittenda sunt que cām suscep̄ti operis elucidant. titulum declarant. intentionem actoris. atqꝝ philosophie partem cui liber subordinetur demonstrant. Circa primum igitur qm̄ nihil fit: ut **Plato** in thimeo censuit: cuīus ortum non legitima causa & ratio procedat. cause libri quatuor enumerande sunt finalis. s. prima que in intentione ponitur. formalis. efficiens: & materialis. Materialis que & subiectum dicitur. eo q̄ circa ipsam actoris versatur intentio. est aptitudo recipiendi doctrinam a docente. Circa hoc enim versatur Boetii intentione ut erudienduz aptum reddat ad doctrinaz preceptoris recipiendam. Causa finalis quoqꝝ que etiam utilitas libri dicitur est erudiendorū utilitas: que ē vt perfecto hoc libro a rudibus ipi suis institutis ad veritatis pbie cognitionem perducantur. Causa efficiens duplex est mouens & mota. Mouens quorūdam opinione **Martianus capella** q̄ & librū nuptiarum mercurii & philologie conscriperat. quinqꝝ & Boetius in consolatu philosophico in scriben do secutus fuisse dicit sed tñ hoc pax momētū habere arbitrandū est: cum martianus ipse tanta doctrina atqꝝ scribendi copia p̄ ceteris doctis euaserat ut si quid cōscribendum ad scolarium utilitatem consperisset non subrogatus quēpiam sed seipsum opus ipsum subiturum non dubitas. verumtamen est: **Martianum** quendā quicunqꝝ ipse sit Boetio tñ carū eidē hoc op̄ in iuris quēadmodū ex libri probemio luculenter innotescit. Inquis enim Ustra nouit intentio. tñ. vestris martiane petitionibus tentabo acquiescere. & hec causa mouens atqꝝ suscep̄ti operis esse poterit. Causa autem efficiens mota est ipse Boetius. vt in Ipsiſ libri titulo statim subiungetur. s. causa formalis libri huius sicuti & alioꝝ libroꝝ duplex est. vna enim est forma tractandi: alia forma tractatus. forma tractandi in mō consistit procedēdi: hic modus diffinitius est diuinis: atqꝝ exemploz positiuꝝ: quemadmodū intuenti libri p̄ces suz clarissim⁹ innotescit. forma vō tractatus est libri diuisio in capitula: atqꝝ capituloꝝ in suas partes. & partiā in p̄culas. Et hec de causis libri sufficiant. Hunc de libri titulo diuinis līmorādū ē. vñ notandū. Titul⁹ ē brevis annotatione eorū q̄ diffusus in sequēti opere p̄tinēt. Et dī a titan⁹ qđ est sol vel illuminās quasi titan⁹. qm̄ libri illuminat atqꝝ sequēti declarat. Titulus ergo libri hic est. **Auiti⁹. Manlius Seuerini. Torquati. Exconsul⁹. Patrici⁹. Ordinaris. Boetii viri illustris de scolarium disciplina liber feliciter incipit.** Sed forte querat aliquis q̄re tot noia Boetio sponte. ad qđ respondēdi est qm̄ consuetudo romanorum fuit auoz noia sibi ascribere. vel q̄ ob honorem & laudem hec sibi imponitur. Dicit ergo auiti⁹ a romano quodā eius nominis. vel auitius quasi inuictus ab a qđ ē sine & uicos victoria. vici enim minime potuit: neqꝝ enī vñqꝝ i p̄spēris elatū se nouerat neqꝝ dep̄siz in aduersis. semp enī equo aeo se p̄buit veluti sine vitupio tetragonum qđ vbiqꝝ p̄siciaꝝ recte stat. sic & Boetius nec amore nec odio vinci poterat. qđ & ipse testatus est lib. p̄lo pro la quarta cōsolatus p̄bici cū ingt: nunc a iure ad iniuriā me qđ detrahit. **Manlius a manlio romano sui generis dictus ē. Torquatus a torqto eadē rōne. Seuerinus a seueritate.** seuerus enim fuit cū Theodorico regi gottorū ob re saluandum publicā se opposuit pp qđ papie in exiliū missus m̄lo cruciatu verabat sicuti & ipse tangit in libri hui⁹ principio cum dicit & inhumani regis cruciatu corrosus. tñ. & plenius in lib. de cōsolatione p̄bie. quē ut cruciatu sui miseriā deplangeret. ad hoc aptissime conscribebat.

Exconsul vō fuit q̄r vñus ex p̄sulib⁹ romānis. v̄l exco sul q̄ extra p̄sulatū positus. **Patricius** q̄r vñ ex patrib⁹ qui populo romano senatusqꝝ p̄fuerant qui patrescō scripti dībantur eo q̄ coꝝ nomina litteris aureis in capitolium scribebantur. **Ordinaris** q̄r tanta inox atqꝝ sapie p̄rogativa excludit ut & cuilibet ordinī dignus putaretur. Boetius vō dicebat a boet⁹ qđ adiutor soñat discus sor publicaz rōnū vt vult glo. in. l. Boeto. L. de tabulariis. libro. r. & hinc Boetius nomen cepit qm̄ fuit coadiutor ad publicas rationes discussiendas vt dicit Joan. de platea in dicta. l. Boetos. Hec ergo nomina vel agnomina. aut cognomina. Boetio attributa sunt aut cognatae aut amicitia aut certo eventu necesse est sicuti & religio romānis nominū pluralitas attribuebat sicuti. **Marc⁹** tul li⁹ cicero. **D. Virgili⁹** Maro tñ. Addit̄ i titulo de scolarium disciplina ut actoris insinuetur intentio. Lū enim videlicet ipse Boetius innumeratos pene erudiendos preter modum ordinem atqꝝ regulam ad doctrinam anhelare & ea propter minime doctos evadere ipse cōmuni misertus utilitati rudium vt tante inordinationi obuiam iret modū atqꝝ discendi formaz instituit in hoc libro in quo ipfis rubibus primo prima elementa subministranda censuit. ad uleda discipline magistratūqꝝ subiiciendos commonuit. elatos reprimit. proficiētes sagaci prouisione resouet. p̄ usos magistratūqꝝ venerabiles reddit atqꝝ tandem ipso rum magistrantium statum erga subditos cocludit. Subditur in titulo feliciter incipit. feliciter tam ea felicitate que sumnum bonum est. qđ que infortune bonis consistit. Est enim liber iste gradus atqꝝ scala qua in cognitio nem veritatis peruenit que est sapientia qua adepta oia bona tā fortune qđ animi pariter cum illa adipiscuntur vt Salomon ipse testatur. Postremo aut̄ cui parti p̄bie subordinetur videndum. subordinatur autem ethicē quia de morib⁹ discipuli erga magistrum loquitur quod ad ethicā reducitur. Declarata ergo sunt hec quinqꝝ si recte considerabis que actorum more in librorum principiis frequenter recitantur & in his metris comprehenduntur. Utilitas titulus intentio parsqꝝ sophie. Quatuor ac cause rez totā perficientes qua de re ad litteraz accedam⁹

Estra nouit intentio de scolarium disciplina compendiosum postulare tractatum: vñnam a spiritu mei paritate: prout facultas suppetit: inge

nūiqꝝ declinitas: eruminarumqꝝ tenacitas amicis vestris. **O** **Marciane** petitionib⁹ tentabo aquiescere. Et licet duplici genere commentorum s̄iz impeditus non tamen omnino diversorū. in q̄l clam Aristotelis: nec non aliorum philosophorum editiones: proprioꝝ attenuatus studio: & inhumanī regis gottorum cruciatu corrosus: philosophico me preneniente cōsolatu. extrema qđ profunde trinitatis perspicatione permollit⁹.

Estra nouit intentio. tñ. **D**resens liber Boetii qui est de scolarium disciplina prima sui diuisione in duas partes diuiditur scilicet in probemium & tractatum. tractatus incipit. ibi. **V**erum igitur indiscriti. **D**rohemium in tres partes diuisitur. In prima ponit intentionem suam atqꝝ intentionis causam subiungit. In secunda ordinem dicē dorum in hoc opere seruandum premittit. In tertia modum procedendi ponit. secunda ibi. In primis prima. ter tia ibi. **H**ec autem. Prima pars in duo diuiditur. In prima facit quod dictum est intentionem suam ponens. In secundo causam intentionis assignat ibi. quid enim gynniafiorum. Prima iterum in duas. in prima facit. quod dictum est. In secunda arrogiantiam deuultat ibi. **O** vñnam.

12

Prohemium

Et dicit Boetius. O mariane et in hoc beniuolentiam capit at ipsum proprio nominando nomine. vestra intentio nouit postulare id est petere tractatum compendiosum. i. breue et utilem et hoc ad differentiam dispensum dicum est quod prolixum et inutile censeret. Mortaturus in hoc auditorem ad docilitatem ex doctrine compendio de scholiarum disciplina. id est discendi norma et in hoc auditorem attetum reddit ex doctrine utilitate. Et sic in hac pte pia tria facit beniuolentiam captat. ad docilitatem mortatur. atque attentionem auditorum suscitat. et sequitur. O vitam sub audi illud postularetur a parvitate mei spiritus id est ingenii. decuit enim in hoc arrogantiā. Tunc Boetius scribendi onus acceptas dicit. Daruitate mei ingenii non obstante ego Boetius tentabo acquiescere. id est credere amicis. id est amicabilius suis petitionibus. et hoc per ut id est in quantum facultas. id est sapientia mea. supponit id est subministrat et in hanc declivitas. id est debilitas ingenii mel. et pro et tenacitas id est durities vel compas sio eruminarum mearum id est calamitatum mearum sub audi suppetunt. Iz pro et sim impeditus subaudi sic ut id haud facile efficere possit dupli genere id est manerie commentorum hoc est quorundam librorum expiatorum tamen non omnino id est penitus diversorum commentorum dico in quasdam editiones id est compilationes Ari stotelis illius peripateticorum et aliorum philosophorum eas subaudi exponendo ac quasdam et greco in latinis trans ferendo. et pro et iz sim attenuatus. id est viribus exhaustus proprio studio ut sic vir promissis vacare possim: et iz sim corosus. i. attenuatus. et transumptive loquitur. nam corrodere proprie est dentibus dilaniare. cruciatu. id est tormento inhumani id est crudelis regis goitorum scilicet theodorici. et hoc philosophico consolati. id est libro quez de solatione philosophie ediderat perueniente. et pro et iz sim permolitus. id est attenuatus extrema. id est summa perspicacione. id est subtilitate trinitatis. profunde. id est alte quo ad intelligentum. quasi dicat licet omnibus his supra vires ipsiarum nihilominus quam tam vis est inter nos amicis ut nihil tuarum petitionum tibi negare quemadmodum pterea tuis petitionibus acquiescere tentabo. Ceterum Boetius librum suum nominat de scholarium disciplina. unde inter disciplinam et facultatem hoc interest quoniam disciplina a discendo dicitur quod scientiam recipere sonat: quare disciplina in discipulo est. doctrina vero in magistro. facultas autem est scientia vel professio in utroque. disciplina et doctrina in motu sunt facultas in arte. Ceterum circa hoc dicit licet dupli commentorum. Boetius intelligens homines nebuli sibi ipsis fore natos sed amicis et patrie atque communis omnium utilitati. sic nempe diuinus ille Plato arbitramur etenim monuit ut non solum sibi natum se memineret sed patre et suis ut per exigua pars sibi relinquatur. quod proficiens. Boetius ut posteris memoriale quoddam eternum post se relinqueret: nunc in philosophorum libris exponendis. nunc in grecis codicibus et latine nobis coram loquerentur transferendis. nunc etiam in propriis traditione dies noctesque explevit qua in re tanto nisi tanta est lucubratione indies tenebatur ut materiam sue criminacioni daret. Dum enim studio atque exponendorum librorum commentariis reliquisque omnibus que ad hec attinent sedulo vacaret: moris sui existit ut hominum consors et fugeret atque in bibliothecam quam domi prie constituerat refertissimam se reciperet. quas ob res morum suorum emuli ipsi demonibus alloquenter falso criminabantur ad instar magni Socratis. de quo et Apuleius impune opinatus est quod familiarem decim haberet sibi obsequitum de quo et librum edidit quez de deo Socratis intitulauit a qua criminacione se excusans Boetius libro primo de consolatione prosa quarta philosophiam ita alloquitur. Atqui et tu insita nobis omnium rerum mortalium cupidinem de nostri animi sede pellebas et sub tuis oculis sa-

crilegio phas locum esse non erat. inslabas enim auribus cogitationibusque quotidie meis pictagoricum illud. deo non diu seruendum nec conueniebat vilissimorum me presidia spirituum captare quez tu in hanc excellentiam componebas ut consumile deo faceres. hec ille. Ceterum notandum ingenium est interior vis animi quo sepe inuenimus que ab aliis non didicimus dictum quasi intus gemum scilicet a natura. Ceterum eruna. i. miseria inopia calamitas. Et dicitur ab e. et rumen quasi extra rumen. i. cibum sicut erunosis. Item commentum est plurimum studio vel doctrina in mente habitorum in unum collectio et secundum hoc quilibet liber potest dici commentum: sed in nostro usu commentum dicitur liber expiatorius. s. qui deseruit expiationem sententie alicuius libri et non constructioni littere et hoc potest sic diffiniri. Commentum est exppositio verborum invenitum non considerans sed sensum.

Quid enim in gynnasiorum exercitu lucidius est in artificiali et naturali progressione debita cognitio et est virium intelligentie gradualis exhibito. Eloquentie enim partes decenti artificialium et naturalium processu et perspicua intelligentie comprehensione nouimus stabiliri:

Quid enim in gynnasiorum. In hac parte. Boetius designat causam intentionis sue atque suscepit operis. primo enim dicit quod non obstantibus impedimentis tum studiorum atque eruminarum multimodis. se velle iniunctus onus aggredi. posset quis huiusmodi causas sciscitari cui ut satisfaciat causas reddat. Et duo facit nam primo causas sue intentionis atque suscepit operis explicat. secundo causam ipsas confirmat. secunda ibi eloquentie enim. Dicit ergo primo anticipophorizando isto modo. quid enim pro certe. est lucidius id est splendidius qua propter et utilius in exercitu. i. exercitatione gynnasiorum. i. studiorum et transumptive loquitur est debita cognitione in ipso discipulo scientis doctrinis erudiendo in progressionem. i. profectu artificiali. et hoc quo ad artes et doctrinas. et naturali hoc quo ad mores studio conformandos. Alter etiam exponitur ut ad duplum ordinem ista referantur. s. ad ordinem doctrinae quo a communioribus ad specialiora procedatur secundum quem dictum est primo philosophorum: inata nobis via est procedendi a communioribus ad specialiora et ideo dicit artificialium. quod autem subiicit naturalium quo ad ordinem nature dirit quo a specialioribus ad universaliora fit processus. ea enim que nobis signatoria sunt nature notissima esse dicuntur. quo sit ut secundo metaphysice dicitur. Sicut se habet oculus nitiracis ad solis lumen sic se habet intellectus noster ad ea que manifestissima sunt nae. Deinde sequitur in textu. et insuper quod est lucidius in ipso magistrato exhibito. i. subministratio gradualis. i. bene ordinata. virium intelligentie. s. doctrinarum quasi diceret nihil. Et huius rationem subiungens inquit enim pro quis supple nos. Boetius nouimus stabili. i. firmari partes eloquentie in processu. i. ordine atque modo debito naturalium et artificialium. similiter etiam in comprehensione perspicua. i. subtili intelligentia doctrinarum. Ceterum quod intentio Boetii fuit ruditati erudiendorum obuiare atque eos ab ignorantie nebulis ad apicem scientiarum traducere. Ut et modus ordo atque regula in hoc potissimum fore noscuntur iuxta illud. Est ordo summa linea scientis in arte. item Oratius est modus in rebus sunt certi denique fines. Ultra quos citra que nescit consistere rectum. ideo Boetius opus hoc scribendum assumpsit in quo modum atque ordinem tradit quo quisque faciliter in culmen scientiarum eleuatur ibique constitutus splendidus celebris atque gloriatus stabilitur. Ceterum gynnas gynnadiis pugna vel luta dicitur. Et dicitur a gynnos. i. nudus. quia nudi talibus in ludis suerint exerceri. inde hoc gynnasium locus in quo talia quondam siebat et hinc facta transumptione studium scholarium atque magistro rum

rum gynnas dicitur atq; locus studii gymnasium & quan-
doq; ipsum studium dicitur vt in proprio, quia sicut oī
palestra corpus sic i studio animus exercetur, & inde acce-
dit ut omnium pene artium exercitium vel locus exerci-
tii gynnas dicatur vt schola, & vt quidam dicunt gyn-
nasium grece latine exercitium dicitur. Notandum inter
intellectum intelligentiam atq; intelligibilitatem hoc in-
terest. Nam intellectus proprie vis anime est comprehen-
sua incorporearum substantiarum formis subtractarum
vel formarum circa eas. Intelligentia vō vis est anime q̄
aspirat vt aliquid circa diuinam substantiam comprehe-
dat. Intelligibilitas vō vis quedam est anime omnium
formarum in quadam simplicitate complicatiua absq; ordine naturali vel temporali & tali modo solus de⁹ com-
prehendit res quia eas omnes vno intuitu absq; successio-
ne dicitur comprehendere.

CIn primis ergo prima. s. puerorū oblectame-
ta sunt prelibāda. Secūdo videlicet qualr adul-
torum elatio magistratui subiicienda sit & disci-
pline connectanda. Tertio de eorum elatione
reprimenda exemplorum cōmēdatione distin-
cte exponendo. Quarto de, scholariam sagaci
provisiōe eorumq; graduali statione. Quinto q̄
liter scholarium venerabilis ac sincera deuotio
ad magisterium proferenda sit. Serto de magi-
strantium normatinaq; divisione statuq; erga
subditos modoq; docendi precognito

CIn primis r̄c. Hec est secunda pars principallis. huīus
probemii in qua postq; intentionem suaz atq; intentionis
sue causam explicuit. nunc ordinem suscepti operis & quis
quid in toto libri processu. peragendum sit luculenter insi-
nuat. Et diuidit hec pars in se partes. In prima mōstrat
quid in primo capitulo pertractandum sit. In secunda qd
in secundo & sic de singulis. secūda ibi. secūdo v3. tertia ibi
tertio de eorū. quarta ibi. quarto de scholariu3. qnta ibi
qnto qualiter. sexta ibi. sexto de magistratū. r̄c. Et di-
cit q̄ in primis. i. in primo capitulo oblectamina alias ē oble-
ctamenta. i. documenta leuia puerorū sunt prelibanda. i. p̄
tractanda vel p̄mittenda. Et rōnem huīus ponit Albert⁹
super illo prīni libri phisicorum cum dicitur q̄ pueri p̄s-
mo appellāt omnes viros patres r̄c. qm̄ ipsi pueri cerebrū
hūt humidum ac frigidum sic q̄ rerum sensibilium diffe-
rentias minime capere possunt. sed cum cerebrū in eis
magis exsiccatur tunc in eis cognitio magis erit nota q̄re
a facilioribus & leditoribus inchoandum erit ordine ipso
doctrine & transeundum ad vissimiliora & ad specialiora.
hec enim via nobis innata est primo phisicorum secundo vō
videbit hoc est in scđo cplō qualiter elatio. i. superbia adul-
torum id est etate iam maturorum est subiicienda. i. suppo-
nenda magistratui & cōnectanda. i. coniungenda discipli-
ne. Elatio nempe atq; superbia discipulum nullo modo
studere permitit: cum sapiens dicat. In maluolam aiam
non introibit spiritus sapientie. & hic in tertio capitulo do-
cetur de reprimenda. i. corrigenda elatione eorū. i. adulto-
rum & hos exponendo distincte. i. succinte cōmēdatione
exemplorum ad propositum comprobandum. quarto autē
capitulo supple tractabitur de sagaci. i. prouida prouisione.
i. rerum exteriorum sine quibus difficulter philosophari
contingit pp. quod & sacerdotes in egypto vt. Aristo. in
metaphysicis testatus est acquisitiis rebus necessariis p̄
pter admirari primo incepert philosophari. Quinto
supple capitulo determinabitur qualiter venerabilis. i. ho-
norabilis ac sincera. i. pura. deuotio. i. intentio scholariu3
est preferēda. i. exhibenda vel offerenda ad magisterium.
Serto. i. vi. capitulo tractabitur de norma magistrantū
q̄ pro & trina divisione. i. partitione magistrorum. qz pro

7. de statu ipsorum circa subditos. & hoc p̄cognito. i. p̄sc-
to modo docendi. i. informandi. C Nota sagat omnis ge-
neris idem est quod ingeniosus prouidus astutus & presci-
tus futurorum. inde sagacitas. Item sincerus sincera fin-
cerum vel sinceris in eodem sensu. i. sine cera. s. purus cō-
stans mundus sine vitio vel labe & producit e. vnde Ora-
tius in ep̄lis in fine secunde ep̄stole. Sincerus nisi sit vas
quodcumq; infundis acescit. Item Virgilius in moreto.
subcidit sincera foramibusq; liq̄. emūdata ceres & cetera

CHec autem ad intelligentie cognitionem susce-
pimus peragenda pristinum modū tractandi se-
re omittentes: nunquā leuiori stilo perusū: qm̄ in
maiori parte pro rudibus informandis est execu-
tio & tanto lenior dilucidandi debet esse trāslatio

CHec autem ad intelligentie cognitionem. Hec est tertia
pars principalis. huīus probemii in qua Boetius modū
pcedendi in hoc libro p̄mitit. Et diuidit in duas partes
In prima facit quod dc̄m est. In secunda causam dicti as-
signat secunda ibi. Qm̄ in maiori r̄c. Et dicit sic. autem
pro certo nos Boetius suscepim⁹ hec supradicta. peragē-
da. i. perficienda ad cōmēdationem intelligentie. nos in
quam omittentes fere. i. totaliter modum pristinum. i. per
nos obseruari solitum. tractandi. i. scribendi. nūq;. i. nul-
lo xpe. perusū leuiori. i. planiori stilo. i. modo scribendi. qm̄
& hic causam dicti assignat. qz executio subaudi presentis
operis pro maiori parte est pro rudibus. i. indoctis. infor-
mandis. i. instruendis quo calle ad scientiarum apicez va-
leant pertingere. subaudi capropter hec translatio alia lit-
era habet transactio dilucidandi. i. declarandi hanc se-
mitam atq; calle erit tanto leuior. i. planior. C Notandum
in littera cōstitut̄ color rhetoricus qui vocat lepos
Et est ad aliquam singularez personam per verbum plus
ralis numeri causa hencris vel ornatus facta locutio: ve
Cicerō scribit. nos Boetius suscepimus hec peragenda

CSinit probemium.

CSequitur tractatus. Capl. i.

Am aut̄ indiscreti & impotentis septen-
nis infātia ducitur ad imbuendum: ca-
uendum est: ne membrorum indecens-
it dispositio vt pote integrali: et ae-
ris intemperies vt pote cōstringentis hyemis ob-
tusitas: & comburentis estatis profunditas peri-
culi generet incrementum.

CUm indiscreti r̄c. finito p̄hemio consequē-
tē incipit tractatus. In quo ea que in p̄hemio
p̄gēda promiserat: nūc ordinate erexit. Et
diuidit totus tractat⁹ in. vi. capla. in quoꝝ pri-
mo ostendit q̄ manerie rudes atq; indiscreti ad
discendum introducant. In secundo q̄uo scholares ipsi
magistratui subiiciant. In tertio q̄uo elatoꝝ superbia cō-
pescat. In quarto. q̄liter scholaribus ipsis per res exterio-
res quaz fortuna est dñia sagaciter prouideat. In quinto
qualiter scholarium sincera deuotio ad magisterii celsitu-
dinem subuehat. In sexto magistrantium norma plenius
edoceat. scđm ibi. Cisis aut̄ scolarium rudimentis. tertius
ibi. Cum aut̄ discipulus. quartum ibi. Oia siquidē. quidē
ibi. Cū ad magistratus. sextū ibi. Expeditus aut̄ his. & hec
totius tractatus cōpetentior cōfiteat fore diuisio. Constat
enim Boetij ism̄ in probemio hoc ordine diuisisse q̄z uis
pleriq; existant qui totalem ipsum librum tribus partib⁹
arbitrentur partiendū. Capitulum autē primum quod ē
de primeua rudium atq; indiscretorū introductiōe ē duas
partes diuidit. In quaruz p̄ma de his q̄ circa exteriora
introducenda videlicet circa corpus atq; corpori adiacen-
tia attenātur tractatur. In secunda vō de his q̄ circa alia
atq; anūnum exortantia & souentia vt sunt doctrine & sciē-

Capitulum

tie edocetur, secunda ibi. In prima sig. **P**rima harum adhuc in duas. In Prima determinatur de his que circa corpus introducendum attendenda sūt priusq; doctrina mancipetur. In secunda que circa corpus ipsius attendenda sunt pertractatur postquam doctrina nouiter mancipatus existit, secunda ibi. Libariorum autem. **P**rima q; rum adhuc in duas. In prima facit quod dcm est. Secunda hoc ipsum exemplis confirmat, secunda ibi. Legitur. **P**rima harum iterum in duas, nam primo declarat illa que circa corporis introducendi membra cauenda sunt, secundo que circa introductio ips. secunda ibi. Et ne tē poris intemperies. Dicit ergo Boetius primo q; cum in fantia. i. pueritia septembris. i. septem annorum. i. bac etae et infantia finit ac pueritia incipit, indiscreti. i. indiscreti. i. potentis subaudi virium corporis, ducit ad imbuendum. i. erudiendum, cauendum. i. propiciendum est ne dispositio subaudi naturalis membrorum supple corporis infantilis integralium. i. integrantium ut pote manuum et pedum. similiter et aliorum membrorum sit indecens. i. incomposita imperfecta disproportionata aut naturalia turpis, et subaudi cauendum est cum indiscretus ille ad imbuendum ducitur ne intemperies. i. disproportionatio ratione qualitatū dominantius temporis ut pote sicut obtusitas. i. duricel byemis constringentis propter excessivum frigus cuius natura est præfringere in homogeniis, vel profunditas. i. excessus estatis comburenti, pp caloris excellentiam generes incrementum. id est augmentum periculi subaudi ipsi introducendo. hec enim ipsa nisi cautius prudenter magna quidem incrementa pueri puerili adducunt teneritati. **C**otandum in hoc q; dicit Boetius septembris infantes. i. intelligere facit pueros ipsos in fantia litteris maci pandos. Etas ipsa ad hoc apta tunc est qm parum adhuc videris: quare omnia sibi noua, novarumq; rerum audiad, et quicquid audiat admiret dubitet ac interroget, sicq; post hac mentis sumpto robore quod noua testa ceperat retineat firmius clariusq; intelligat, hac nempe etate ut tangit Quintilianus lib. primo institutionum quicq; concipitur facilius radicat. **V**ni varro in sententiis. Sapiunt vala quicq; prius acceperunt, sic inquit est de infanticibus et Augustinus libro confessionum primo de seipso lamentabilius facetur iuuentutem ludis et non studiis semper ex posuisse, in scolas inquit datus sum ut litteras discerez in quibus quid utilitatis esset ignorabam miser: sed lude re delectabar. Et est infantes ipsa prima etatum hominis que septembris durat a quo inchoans pueritia quasi pura ad gignendum minime apta in quatuordecimum excurrat annum a quo odolecentia adulta ad gignendum apta que in vicecum octauum prorogatur annum, a quo iuuentus incipit usq; in quinquagesimum annum ptena: et ab hoc senioris etas quam greci ptytem vocant summa originem in senectam hoc est septuagesimum annum progreder q; nullo annoq; numero perficit sed p' qnq; illas etates qmque vite superest ipsi in labore atq; dolore deputatur.

Cotandum q; Boetius dicit summopere cauendum ne litteris imbuendus membrorum disproportiones habeat, hec enim membrorum inepta monstruositas monstrum in anima iudicare necesse est uti Philemon. Dalemo. Lorus. Aristoteles et alii multi plurimi retulerunt. qm anime ipse sequuntur corpora et secundum se non sunt impassibilis a corporum motibus: et hoc manifestum fit valde in ebrietatibus et exigitudinibus, multum namq; anime mutante videntur a passionibus corporeis et quo et illud vulgare sumpsit exordiu. Rusticus in corpore rusticus et in anima. Cum enim membrorum figura et habitudo, et generetur et nutriantur ex sanguine. Similiter quoq; et spiritus qui vehicula sunt virtutum ale ex hysore sanguinis generantur. qm est ut ex ipsa membrorum habitudine inclinatiq; passionum cognoscantur ipsamq; animam vectam in multis motum sui vectoris sequatur, pp quod sapiens ptolomeus dixit q; diuinā melius et verius pronunciat accipiens in

dicius a stellis secundis secundas vocas stellas figuras et accidentia inveneta in rebus phisicis que a superioribus impressa sunt, hoc enim iam impressum scimus materie quare pro certo pronunciamus totum ad accidentia illa esse in clinatum: quo sit ut molles quidem carne aptos mente dicimus distortumq; vultum sequit distortionis morum. **C**otandum circa hoc q; dicit. Et ne temporis intemperies et. sicuti docet Avicenna secunda sen. primi canonis capitulo quarto summe prime qd est de iudicis temporum et eoz mutationibus omne tempus qui complectionem hz sanā propriae est ei conveniens, cu autē infantū complexio calore fere temperato et humiditate fere superflua existat ut eodem canone sen. i. doctrine prime. caplo. z. conveniens est ut ipso imbuendo proportionale tempus sue eligatur natura, b aut inter quattuor anni tempora ver est a puncto equinoctiali incipiens usq; quo in mediū thauri deueniens estate mutetur. Est enim in terris tempus hoc temperatus qm non tm necessē sunt res calefacientes pp frigus ut sit inde multum curandum nego euentatio pp calorem, et in ipso quidem est principiū frondēdi arbores et eius tempus est tempus apud medicos inter equalitatem vernalē eris aut ante ipsam aut post ipsam parum donec sol sit in medio thauri qm apud astronomos in estiuum tropicum prossus extenda post qd tempus temperie vicinus Autunus est, reliqua autem duo tempora aut excessivo frigore aut habundanti calore intemperie sunt subiecta, quo fieri imbecillis infantes aut vere aut autūno plus tamen vere litteris dūtarat mancipetur.

Clegit enim thymothei filium lepra icumbente castrum loripedem gibbo tumente doctrine mancipatum plebeiam extitisse abiectionem suorumq; sociorum detractionem ridiculosam. Similiter pretoris suburbani filium canicula instigante litteris vidimus mancipatum. Eū autem solita non gauderet umbrella propria virtute destitutus histerie pena pmollitus vitalibus tādē spiritibus attenuatus lymphatico morbo occubuit. Ecce quantum difficultatis membrorum indecens in dispositio et aeris intemperies teneritati puerili contulerunt.

Clegitur enim timothei filium. In hac parte Boeti⁹ supradicta exemplo corroborat, qualiter sc̄z minima supiorum obseratio magni periculi dederat incrementū. Et dividitur in duas partes fm q; ponit duo exempla. In prima enim ponit exemplum quo ad corporis membra. In secunda vero quo ad temporis intemperiem evitandam. Et secunda pars incipit ibi. Similiter pectoris. Et dicit sic enim pro certe legi supple in exemplo filium thymothei castrum, i. testiculis erutū, et hoc incumbente, i. iminente lepra illo morbo, loripedem, i. claudum vel pede tortum, qz p: tumete gibbo, i. struma in dorso, mancipatum, i. traditu doctrina extitisse abiectionem, i. despectione plebeiam, i. plebis: qz p: et, detractione, i. substanationem ridiculosam sociorum suorum, Similiter supple alio exemplo vidimus filium pectoris, i. prepositi suburbani mancipatum litteris canicula illa stella litigata, i. surēte, aut p certe cum subaudi ille pectoris filiolus no gaudenter, i. frueret, solita umbra, i. consueta umbra, ipse deslititus, i. derelictus propria virtute, qz pro et pmollitus, i. afflictus, pena id est morbo histerie, tandem, i. finaliter, attenuat, i. cōsūptus spiritibus vitalibus, occubuit, i. vitaz clausit morbo lymphatico, i. aquatrico qui est idropis, et reliqui ecce, i. vide quam difficultatis indispositio membrorum supple in thymothei filio et intemperies aeris subaudi in pectoris filio contulerunt teneritati puerili, id est ille namq; abiectione plebis extitit hic vero infirmitatibus dsem vite sue miserabiliter clausit

clausit. **C**lota circa hoc quod dicitur canicula. Duplex in celo canis est maior et minor. Maior alio nomine dicitur Sirius et habet in forma stellas. id est extra vobis. Minor anticanis nominatur stellarum. **L**um vero sol canem maiorem intrat calor duplicatur et exigitudines in humanis corporibus generantur quibus ad exitum multi perirent et ab hoc cane dies caniculares dicti sunt. Et de hoc Persius inquit. iam siccata canicula messes excoquuntur. et in hunc canem licentia poetica fingitur hicar caniculam fuisse mutatam. **C**lota nondum quod lepra est morbus consimilis corrupcis figuram et formam et compositionem membrorum et sic finaliter ipsum continuum soluens pueriens ex materia melancolica dispersa per totum corpus. Et hec autem introditur ab vetero aut post. Si ab vetero hoc est quod generatus est type menstruorum aut quod filius est leprosus: aut quod leprosus concubuit cum muliere pugnante. Si post veterum hoc propter esse: quia aut aer est malus et corruptus pestilentialis aut continuavit cibaria melancolica. scilicet lentes et alia legumina et carnes melancolicas ut vulpes vrsi et apri et cetera. **C**lota nondum quod Itericia est universalis defecatio cutis sicuti morphaea est defecatio cutis maculosa. sed tamen differunt in hoc quod morphaea est pro errore tertie digestive: hec tertia pro errore secunde. Et sunt tres eius species. scilicet citrina viridis et nigra. et hunc morbum frequenter ydopis sequitur quod est error virtutis vnitiae in toto corpore sequens mutationem virtutis digestive in epate. et ita ydopis est error virtutis digestive in epate. Itē loripes. id est claudus habens pedem tortum ad loris similitudinem vel habens pedem ligneum loris alligatum de quo Juuenalis loripedem recte deridet ethiopem albem. Item gibbus. id est struma sive iterest. nam struma in pectori est: gibbus in dorso vni Juuenalis. strumosus. atque vetero parvus gibbosus tumetetur.

Clibiorum autem mediocris sit facultas.
Potus autem sit tenuis eiusdemque parcitas.
Vestium autem similiter absit penuria.

Clibiorum autem. In hac parte Boetius tractat de his que circa iam nouiter introductum respicienda sunt. scilicet debita ciborum potus atque vestimentorum subministratio et huius in generali. In tertio autem capitulo magis specialius. et dicit autem pro certe facultas ciborum sit mediocris. scilicet ne quod abundans neque deficiens. potus autem tenuis supple sit. quod propter et parcitas. scilicet modicitas eius et penuria. id est carexia vestium absit. **C**lota nondum quod natura propter se non est sufficiens ad speculum sed oportet cibum et potum et reliquum simulatum preexistere. sed hec nullo modo excessiva eis natura modicis minimisque contenta sit libro secundo de consolatione philosophie prosa quinta. Tolleranda ergo fames est ut inquit Seneca. id est epistola quam tollerauerunt quodam in obsidione exemplo maiorum nostrorum quod terras lustrabant ac maria non ut multum vini preciosiusque cibus fauces eorum transiret sed soli contemplationi dediti maluerunt potius comedere ut viuerentur quam vivere ut comederent. Tamen rannides enim atque subversiones urbium bellaque vel hostilia vel ciuilia ut Hieronymus in epistolis testatur non pro simplici victu olerum pomorumque eructari. Diogenes afferuit sed pro carnibus epularumque deliciis legamus prodecessorum liberos antiquorumque volumina Dicearchi etenim Josephi. Euboli. reliquorumque pene omnium quod historiam scribunt et mil' aliud reperiemus quam vobis cibis et his mediocriter veteres illos ob studium vicitasse eruplam quoque atque delicias veluti contemplationum impedimenta penitus evitasse. ipse enim delicie mente humi deum ciunt atque eam corporeis neribus retentam ne in apice contemplationis eleveret impediunt. Modello autem viciuum econuerso. quo sit ut Juuenalis graculum esurientem in celum eleuet. Persius quoque flaccus. Sitacum placas corvosque nostra inquit verba conari. dicit Juuenalis de graculo. Graculus esuriens si in celum iussus ibit. et item de reliquis Persius. Quis expeditus pfitaco suum cibet. Coruos quis olim suum coquauit salutare. Nicas

quod docuit nostra verba conari. Magister artis ingeniosus largitor Veneris negatas artifex sequi voces.

Con primis igitur figurarum elementa representantium imprimenta est dilectio. coniungenda rumque litterarum non parum artificiosa coniunctio. Nec tali laborioso certamini multum est insistendum: nec cito ut Seruio placet abeundum. quoniam si visus est in multis promptior: in aliis reperitur tunc et habilius.

Con primis et ceteris hec est secunda pars principalis huius primi capituli in qua Boetius tractat de his specialiter quod circa erudiendi animorum versatibus atque cum exornant fontibusque utri sunt doctrine et scientie quibus ipsi rudes iam primum litteris micipati sunt erudiendi. Et dividitur hec secunda pars in tres partes. In quarum prima ostendit in quibus ipsi rudes primitus sunt imbuendi. In secunda in quibus secundo ibi. Completo. In tertia in quibus tertio. ibi. Ut sis autem levitatem. Prima harum adhuc in duas presubdividitur. In prima ostendit quoniam rudes primi in grammatica imbuantur poesi et rhetorica. In secunda cautela circa hoc subministratur. ibi cauendum. Prima itaque in duas nam primo ostendit quoniam in grammatica erudiantur. sed quoniam in poesi et rhetorica. ibi Seneca tradidit. Prima adhuc in duas. nam primo facit quod dicitur est quo ad principia grammaticae elementa sed quo ad secundaria fundamenta. ibi. Secundum laboriosum. Prima itaque in duas. primo facit quod dicitur est. secundo tempus circa hoc statuit quo huiusmodi eruditio sit inmorandum. ibi. Nec tali laborioso. Et dicit primo Boetius quod dilectio figurarum representantium elementa. id est litteras est imprimenta rudibus in primis. id est in principio. quod propter coniunctio. id est combinatio coniungendarum subaudi litterarum ad syllabas et dictiones faciendas: coniunctio in qua artificiosa non parum. id est multum et tangitur ibi libertate. deinde tempus quo huic sit inmorandum studio adicit dicens. Nec est insistendum. id est immo randum multum tali laborioso certamini. id est studio. nec est ab eundum. id est recendendum cito. ut Seruio illi magistro placet et est parentesis. quoniam subaudi si puer visus fuerit propior sedest potentior et frequenti supradictorum usu in multis sedest multo tunc reperitur habilius in aliis scientiis subaudi altioribus. **C**lota nondum quod Boetius dicit rudes primum in grammatica imbuendos et ratio huius est quoniam ut vult Alforabius ipsa grammatica mater est aliarum artium quae a litteris nomen accepit. Dicitur enim grammatica a grama quod est littera et icos scientia. ipsa enim est qua conceptus humani demum cuncte doctrine aptius liberiusque significantur. hanc necessitas adiuvenit. cum enim ante eius inuentionem homines inordinate atque pro libito et sine arte loquerentur euenebat ut minus bene conceptus suos et primere: sed et minus apte intelligere valerent. quo siebat ut tardius ac difficilius scientias tradere possent. qua de re curauerunt sapientes has incommunitates tollere: tradideruntque artificiosum loquendi modum uniformem ac congruum ut oes conceptus humani demum cuncte doctrine per eandem artem liberi significarentur et adiscerentur. **C**lota nondum quod boe. vocat omnes litteras elementa et non incongrue. sicut enim ipsa elementa principia sunt omnium elementorum: sic ies primaria sunt omnium dictionum et exinde orationum. quo sit ut sicut ex diversa commixtione elementorum diuersae sint elementorum species. sic quoque ex diversa combinatione litterarum diuersa sint vocum dictionum et orationum representatione. Et has litteras multiplici manerie fore noscimus quasdam enim hebreas: alias caldeas: alias egyptias: alias grecas: alias latinas. hebrearum litterarum quae primus ut dicunt inuentor erat moyses: et sunt numero. 22. Siriorum autem et caldeorum hebreis litteris numero et sono concordantes solis characteribus differentes litteras. Abraam inuenis se creditur. Egyptiorum vero litteras. Iis regia Inachi. si

Capitulum

lia de grecia veniens in egyptum reperit et egyptis tradidit. Literarum autem grecarum usum primum fenices repierunt. unde Lucan². fenices primi fame non credit ausi. Mensuram rudibus vocemque signare figuris. Sed eadem Agenoris filius grecas litteras ex fenice. i.e. attulit in greciam. quibus Ipmades in troiano bello tres adiecit. post quem Simonides artificialis memorie inventor tres alias addidit. Latinas vero litteras. ut resert Isidorus cui in his maior est acutoritas. Carmelis nympha prior Italicas tradidit verum. i.e. litteras solum exhibuit que sunt. a. b. c. d. e. f. g. i. l. m. n. o. p. r. s. t. v. Postmodum autem. h. littera pro nota aspirationis addita est. litteram etiam. q. in progressu temporis latini invenerunt loco cuius veteres. c. scribabant. rursum Salustius ludi magister primo. k. adiunxit loco cuius veteres. c. scribabant atque. q. Insuper ex tempore Augusti. zo. littera adiuncta est. et postremo eiusdem Augusti tempore latini a grecis duas litteras mutuavunt. s. y. z. pp. nomina greca melius scribendu² quod ob² adonatis latinu² ydioma. zz. litteris integrari manifestuz est.

Secunduz laboriosi certaminis stat edificiaz i. Idrobi Didimic² traditib²: nec non alioru² philosophor² quos venerabilis commendat auctoritas. Animaduertendum est at in huiusmodi ut fideli resolutio² subiaceat lata traditio: et adiscens idioma verbo tenus explicatum sit. fundame²ti enim tenacitatem in his oportet consistere.

Secundum liborio². In hac parte ostendit quibus debent rudes informari post prima grammaticae elementa atque elementorum combinationes. Et duo facit. nam primo facit quod dictum est. sed circa hoc eruditio² huiusmodi modum tempusque decernit. ibi animaduertendum. Et dicit secundum edificium bene quidem edificium similitudine quam dictum. nam sicuti sapiens architector domum considerandam ex minimis fundamentalibus partibus ordinante integrat. sic et magister ipse crudelium ipsum singulis doctrinarum particulis fundamentoque atque base integrare debet. illud ergo secundum edificium laboriosi certaminis. i.e. studii huius stat. i. firmatur in traditionib². i.e. scriptis. p. bi. q. p. et didimi horum grammaticorum et aliorum. s. grammaticorum quos auctoritas venerabilis commendat. Tunc modum in huiusmodi traditionibus obseruandu² ostendit. dicit. Lecture animaduertendum. i.e. considerandum est. in huiusmodi traditionibus statim memoratis et latina traditio subiaceat. i.e. correspondat fideli resolutioni. i.e. expositioni et declarationi. vt. i. ignota per ignorantia vel uniuersitate pro reliquo non interponatur. Et aduertendum est ut ydioma. i.e. loquendi pretreas adiscensis sit explicatus. i.e. declaratum verbo tenus. i.e. de ybo ad verbū. enim pro qua tenacitate. i.e. firmitate fundamenti. s. grammaticae: et per omnia omnia aliarum opozet. i.e. oportunitate est possistere in his. s. superiorib² traditionib² quae dicuntur. cu² hec ita sint oportuni² ut hec fideliter et clare doceantur. **C**Notandum quod nostre grammaticae plures fuerunt scriptores sicut Donatus cuius magister Didimus fuisse dicit in littera positus. Priscianus. Claro. et Qui tillanus et reliq² multiplurimi. inter quos potest numerari Ennius qui metra compositus primus. cui successorum Anathet. Sapho. Archilochus. Simonides. calostonicus. Asclepius et multi alii quos longu² enarrare solet. hinc scripta et si non oia tamen aliqua leviora post prima elementa videnda sunt.

Nec mestruoso saltu phebes abeundu² est: nec solari cursu tunc confirmandum: sed expleto mercurii iter uallo eodemque fere duplicato diligenter imorandum.

